UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

322. Qualem affectum debet habere pœnitens.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

Visual Library

De eadem re. *Ex dictis Baſilij Epiſcopi.*

Regula S. Baſilij c. 27. Burchard. lib. 19. c. 39. *Luc.* 15.

CCCXXI. Pœnitentem ex corde ita oportet ſuſcipere ſicut Dominus oſtendit, cùm dicit: *Quia convocavit amicos ſuos & vicinos dicens: Congratulamini mihi, quia inveni ovem meam quam perdideram.*

Vnde ſuprà.

Regula S. Baſilij c. 18. *Pſal.* 118.

CCCXXII. Affectum illum in ſe recipiat pœnitens quem gerebat ille qui dicebat: *Iniquitatem odio habui & abominatus ſum.*

Qualis ſit vera pœnitentia. *Ex dictis ſancti Auguſtini.*

CCCXXIII. Pœnitentiam certam non facit niſi odium peccati & amor Dei. Quando ſic pœnites ut tibi amarum ſapiat in animo quod antea dulce fuit in vita, & quod te priùs oblectabat in corpore, ipſum te cruciet in corde, tunc verè pœnites.

Quales eſſe debemus erga impœnitentes. *Vnde ſuprà.*

Regula S. Baſilij c. 28. Burchard. lib. 19. c. 64. *Matth.* 18. 2. *Theſſal.* 3.

CCCXXIV. Erga eum qui pro peccato non pœnitet tales eſſe debemus ſicut Dominus præcepit dicens: *Sit tibi ſicut gentilis & publicanus.* & ſicut Apoſtolus jubet: *Subtrahite,* inquit, *vos ab omni fratre inordinatè ambulante & non ſecundùm traditionem quam tradidi vobis.*

Ut Clerici non interſint nuptiis.

Concil. Venetic. c. 11.

CCCXXV. Preſbyteri, Diaconi, Sub-